



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Horologivm Sacerdotale Sacerdotibus tam Ecclesiasticis,
quàm Religiosis, præsertim Neomystis Ordinem diei, &
praxes indicans Opera quotidiana exactè, sanctéque
obeundi**

Dirckinck, Johann

Coloniæ, 1690

Hora X. De Studio & Lectione Sacerdotum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50863](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50863)

quibus omnino prospiciendum, si aliter fieri
nequeat.

HORA X.

De Studio & Lectione Sacerdotum.

Observa I. Peractis manè divinis offi-
ciis, nisi cura pastoralis ad alia vocet,
horam precedentem cum hac studiis &
disciplinis statui tuo convenientibus im-
pende; ne otio diffluas, & pretiosum tem-
pus inutiliter teras.

Observa II. Si Parochi aut Ecclesie
munere fungeris, concioni proximè ha-
benda vel doctrina Christiana populo clarè
& fructuosè proponenda operam navat:
tende lectioni, exhortationi, doctrina; mo-
net Apostolus 1. Tim. 4. Si pro sacro tri-
bunali Arbitr es constitutus, Theologiam
moralem perolve; ut pœnitentes in viam
salutis dirigere nōris. Si Professoris officio
es admotus, studiis tibi assignatis te dia:
Professorem Discipulus audias, ut probè
discas, traditæque percipias, allabora.

Observa III. Si verò curâ parochi al-
liber Canoniatu aut Vicariatu gaudeas;
ne tamen tempus otio, sed utili, piâ, am-
nag

naq; lectione transigas. Quando legis De-
us tibi loquitur, quando oras, cum Deo
loqueris, ais S. Augustinus in psalm. 85.
Hinc Clericos hortatur S. Ambrosius L.I.
off. cap. 20. Cur non illa tempora, quibus
ab Ecclesia vacas, lectioni impendas? cur
non Christum revisas, Christum alloqua-
ris, Christum audias? illum alloquimur
cum oramus, illum audimus, cum divina
legimus oracula. Quid nobis cum alienis
domibus?

Praxis studendi.

I. Studia & lectionem auspiciare, non
ex amore propriae existimationis, curiosi-
tatis, delectationis, naturalis propensionis
aut lucri temporalis: sed purissimâ inten-
tione gloriae divinae, ac salutis, perfectio-
nisq; propriae & alienae.

II. Diffide tibi; confide Deo, & per
Christi merita ac Sanctorum patrocina,
gratiam proficiendi postula.

Oratio ante Studia.

I. Ad Deum Patrem.

Omnipotens sempiternae Deus, Pater
luminis, desidero nomen tuum mani-
festare hominibus, eosque ad cognitio-

nem, amorem, & laudem tuam dirigeres: sed novi impotentiam meam, & omnipotentiam tuam; hinc adstringo me tibi, & incapacitatem meam, capacitati tuæ infinitæ conjungo, per Jesu & Mariæ merita supplicans, ut lumen & gratiam mihi concedas, ea concipiendi, scribendi & faciendi, quæ ad gloriam tuam & animarum salutem maximè conducant.

II. Ad Filium Dei.

Domine Jesu Christe, fons inexhauste omnis Sapientiæ: tu inventor es omnium; tu scis quidquid sciri potest; tu nosti omnes tum naturæ tum gratiæ industrias: quare per infinitam Sapientiam tuam obtestor te, ignorantiam meam doce, tenebras dispelle; intellectum illumina, voluntatem inflamma, ut cognoscam, scribam, faciam maximè ad laudem tuam & animarum salutem profutura.

III. Ad Spiritum Sanctum.

DA mihi Domine, sedium tuarum afflictricem Sapientiam, mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, ut mecum sit & mecum laboret, ut sciam quid acceptum sit apud te Domine Deus: sanctum

sensum enim tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris Spiritum Sanctum tuum de altissimis?

Deus qui corda fidelium, &c.

Tot tibi sint laudes Jesu, quot grammata scribo vel lego.

III. Spiritum cum literis, virtutem cum scientia non solum conjunge, verum etiam antepone; ideoque devotionis exercitiis primum locum, tempusque optimum assigna: nam Scientia quae pro virtute despicitur per virtutem postmodum melius invenitur: ut ait S. Bonaventura.

IV. Duo extrema cave: nimirum primo propensionem nimiam ad studia, & inordinatum excellendi appetitum, cum dispendio virtutis, devotionis & sanitatis, deinde nimiam quoque & indiscretam propensionem ad pietatis exercitia, cum detrimento studiorum: virtus enim & scientia geminae alae sunt, quibus viro Apostolico & animarum zelatori volandum ad predicandum & laborandum pro gloria Dei: sunt veluti luminare majus & luminare minus ad mundum diu, noctuque illustrandum: sunt vestes duplices, quibus

à muliere forti, Præsidiibus scilicet & Pa-
storibus, domestici Ecclesie muniendi, con-
tra frigus malitiae & ignorantiae.

V. Inter studendum mentem subinde
ad Deum eleva, intentionemq; renova.
Finitis verò studiis, successum breviter
examina, de defectibus dole, de felici suc-
cessu Deo gratias age, ejusq; gratia ad-
scribe: conatum tuum per B. V. S. An-
gelum C. ceterosque Patronos Christo Do-
mino offer, gratiam ultiolem exposce, ac
deniq; conclude: Tot tibi sint laudes Jesu,
quot grammata legi, vel scripsi.

VI. Quanta sit studii & lectionis uti-
litas expertus Eunuchus Act. 8. Isaiam
in curru legens & in itinere à Philippo
baptizatus ac fide christianã imbutus.
Expertus S. Augustinus L. 8. Confess.
vocem audiens: Tolle, lege, tolle lege: legit.
Non in commessationibus & ebrietatibus,
non in cubilibus & impudiciis, & per
lectionem ad morum emendationem ani-
matus est. Expertus est S. Ignatius qui
legendo vitas Sanctorum e milite mundi,
Athleta Christi evasit. Taceo innumeros
alios. De antiquissimo illo scriptore Ori-
gene

gene Presbytero [qui nomen Adamantius
 ob nunquam fatigabilem in scribendo,
 legendoque naturam, ab invincibili ad-
 amante invenit] refert S. Hieron Epist.
 18. ad Marcellam: eum nunquam cibum
 sine lectione sumpsisse, nunquam inisse
 somnum, nisi unus ex Fratribus sacris
 literis personaret, hoc diebus egisse & no-
 ctibus, ut & lectio orationem exciperet
 & oratio lectionem. Quid nos ventris
 animalia tale unquam fecimus? quos si
 vel secunda hora legentes invenerit, osci-
 lamus, & manu faciem defricantes con-
 tinemus stomachum; & quasi post mult-
 tum laborem, mundialibus rursus nego-
 tiis occupamur. Pretermitto prandia,
 quibus mens onerata premitur: pudet di-
 cere frequentiam salutandi, quâ aut ipsi
 ad alios pergimus, aut ad nos venientes ce-
 teros exspectamus; deinde itur in verba;
 sermo teritur; lacerantur absentes; vita
 aliena describitur, & mordentes invicem,
 consumimur ab invicem. Hæc S. Hierony-
 mus. Quæntinam in nullo Clericorum
 Religiosorumve hodie dnm reperirentur!

VII. Si quæris Clerice, quales tibi libri legendi? Respondeo

I. *Cum Salvatore nostro: Scrutamini Scripturas.* Joan. 5. quod confirmat D. Hieronymus epist. 2. ad Neopot. 6, 8. *Divinas scripturas sæpius lege; imò nunquam de manibus tuis sacra deponatur lectio; discere, que doceas. Ama scientiam scripturarum, & carnis vitia non amabis.* Nam ut scribit Apostolus 2. Tim. 3. *Omnis Scriptura divinitus inspirata utilis est ad docendum (que salutaria, que noxia) ad arguendum (errorem falsitatem, hæresin) ad corrigendum (malè dicta, facta, cogitata) ad erudiendum in iustitia (fidei & operis) ut perfectus sit homo Dei (divino obsequio devotus) ad omne opus bonum instructus (ad se aliosq; juvandos)* Si hoc, inquit S. Chrysostomus in hunc locum, Timotheo ita scribit Apostolus. *quantiò magis nobis dicta putare debemus. Indies igitur aliquid lege: si indies manè unum vespere alterum caput è codice sacro legeris, biennio tota Biblia facillè absolveris.*

Respondeo 2. *Pervolve Scriptura sacra Interpretes, Hugonem Cardinalem,*

Car.

Cornelium à Lapide, Tirinum, aliósq̄ue:
 Christus enim, non solùm dixit, Legite, sed
 scrutamini, ut sensum legitimum, & ge-
 nuinam significationem reperiatis. In pri-
 mis verò stude ut psalmos indies cantan-
 dos vel recitandos clariùs intelligas, in-
 tellectósq̄ue majore devotione, nec psitta-
 corum more pronunties: Lege eorundem
 Interpretes S. Augustinum, Bellarminum,
 Le Blanc & alios.

Respondeo 3. Perlege 1. Decreta Pontí-
 ficum, Conciliorum, Canonum. 2. Casus
 Conscientiæ, aliósq̄ue libros Theologicos.
 3. Libros de honesta Clericorum vitæ
 4. Asceticos varios de Perfectione, de fu-
 ga vitiorum, de virtutum studio, 5. Hi-
 storicos sacros, Saliani annales veteris Te-
 stamenti, Baronii novi Testamenti, Euse-
 bii, &c. Item Sanctorum, aliorumq̄, viro-
 rum virtute illustrium res gestas conti-
 nentes ut Surium, Bolandum, Ribadenei-
 ram &c. Hac ratione tempus optimè falles,
 animúmque otiosis, vanis, impuris cogi-
 tationibus liberum sanctis cogitationibus
 atque affectibus replebis, & cor ad imi-
 tationem Sanctorum inflammabis.

Respondeo.

Respondeo 4. Libros haresi vel lasciviâ
 aspersos, suspectos, prohibitos, velut fontes
 immundos bibere recusa: sed tantum eos
 tractatus assume legendos, quorum fides &
 puritas nota est: non necesse habes aurum
 in luto querere, cum tanta profet pra-
 stantissimorum voluminum copia. Imò ne
 quidem profanos ac politicos à statu tuo
 alienos, & manibus consecratis indignos,
 lectione dignare; ne vel tantillum temporis
 pretiosi, minus fructuosè elabatur.


Ante omnia autem Dies Dominicos ac
 festivos studiosâ pietate, piòque studio
 transige: convivia symposia, secularia nega-
 tia gnauiter remove; ut tanto melius hoc
 Deo debitum tempus colloques, vaces, & vi-
 deas quàm suavis sit Dominus. Obserua
 diem sabbathi, monet S. Augustinus, non
 carnaliter ut Iudaei, qui otio abutebantur
 ad nequitias: melius enim utique totâ die
 foderent, quàm totâ die saltarent. Conc. 1.
 in Psal 32. Finis enim horum festorum di-
 erum & fructus est. 1. Fidei & letitia spi-
 rituale augmentum. 2. Conscientie em-
 endatio. 3. Bonorum operum exercitatio.

4. Sacrificii oblatio. 5. Beneficiorum Di-
vinorum commemoratio & gratiarum
actio. 6. Sanctorum deprecationis pro
nobis, impetratio. 7. Eorundem vite le-
ctio, vel auditio, imitatio & meritorum
communicatio.

Quadrante ante prandium conscien-
tiam examina; & quomodo pro meridia-
num tempus transactum discute,
ut pomeridianum decurras
sanctius.



HORA



*Non caue se
 in numero
 pondere
 et mensura sup. m.
 Attendite, ne forte grauentur corda uestra.*

HORA

Vi
 incre
 tuale
 infero
 res. sin
 ctos.
 nam
 & cib
 arom

 P

 Co
 indig
 tories
 enim
 pane
 non
 fende
 quan